

deum iudicio, qualiter eadem archiepiscopalis sedes ordinari debeat, deliberandum precantes, ne per invidiam fidei tanta Sclavorum plebs deo noviter acquisita callidi hostis, quod absit, rapiatur insidiis. Unde quia confrater et coepiscopus noster, clerus et populus sanctae Magadab. ecclesiae te olim ad gentes missum ad archiepiscopalem sedem promoveri et eidem sedi inthronizari quaerit, sicut bonae memoriae praedecessorem nostrum Zachariam papam beatum Bonifacium ad gentes destinatum ecclesiae Mogonciensi inthronizasse sciunt, religiosis desideriis nihil tarditatis impendo, sed privilegio nostrae auctoritatis dignum te eis esse archiepiscopum iudico. Unde quia ob hoc agendum ad apostolicam sedem ipse venisti — — et quia ad profectum christianae religionis et innumeri populi salutem valere scimus, ipsi pallium tibi ad missarum sollempnia celebranda damus — — et in consecratione suffraganeorum tuorum episcoporum et dedicationibus ecclesiarum — — concedimus et confirmamus etc. Datum quinto decimo Kalend. Novembr. per manum Widonis episcopi sanctae Silvae Candidae ecclesiae et bibliothecarii sanctae sedis apostolicae anno deo propitio pontificatus domini nostri Johannis summi pontificis et universalis XIII. papae in sanctissima sede beati Petri quarto imperii Domino nostro augusto Ottone a deo coronato magno imperatore anno VII. filioque eius anno primo, indict. XII. dominicae incarnationis DCCCCLXVIII. anno.

Nach dem Liber priv. S. Maur. im K. Geh. Staatsarchiv zu Berlin fol. 1. vergl. mit dem Copiar. LVII. im Prov.-Archiv zu Magdeburg fol. 312.

Leuckfeld antiqu. Halberstat. S. 653. — Boysen hist. Magazin I. S. 134. — Hartzheim concil. Germ. II. p. 642. — Leibnitii ann. imp. ed. Pertz III. p. 244. — Riedel cod. dipl. Brand. I. Bd. 8. S. 95.

annueret, in qua archiepiscopatus ordinatus ultra flumen Albiae episcopos, qui ordinati sunt et ordinandi futuris post temporibus erunt, subiectos habeat (Leuckfeld. antt. Halb. p. 650. Leibnitii Ann. imp. III. p. 239). Deshalb lesen hier Einige statt non (n̄ im Liber priv.) nunc und es kann mit Rücksicht auf Meissen nicht geläugnet werden, dass diese Lesart sich sehr empfiehlt.

No. 6. 968. Oct.

P. Johann XIII. ertheilt dem Erzbischof Adalbert zu Magdeburg Vollmacht mit Genehmigung des Kaisers in den Slavenländern über der Elbe und Saale die Parochien der neu gegründeten Bisthümer angemessen zu ordnen.

Johannes episcopus ¹⁾ servus servorum dei, karissimo confratri nostro Adelberto sanctae Magadaburgensis ecclesiae archipraesuli, in domino aeternam salutem. Ita te frater karissime et coepiscopus noster, vita, mores²⁾ tui hactenus idoneum reddidere, ut multa tibi credere, plura etiam committere sicut bono dispensatori non haesitemus. Igitur quia ad pastorale culmen plebis tuae et conprovincialium tuorum et nostra post deum te auctoritas promovit, et quia tanta Sclavorum plebs ultra fluvios Albiam scilicet et Salam deo noviter acquisita paucis pastoribus minime tueri potest, qualiter episcopis tuae sedi subjectis parrochias rationabiliter et congrue dividas et distribuas, tuae dispensationis et discretionis examini committo, et hoc serenissimi spiritualis filii nostri Ottonis inperatoris augusti, qui eiusdem tuae ecclesiae fundator et auctor est,

¹⁾ episcopus fehlt in A. ²⁾ moresque B.